

**Ad exequias funebres ... virginis, Margaritae Chytraeae, quas Vir ... Dn.  
Valentinus Strelenius, Iudicij provincij Protonotarius ... paratas cupit, Omnes  
omnium ordinum Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405751>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in M. Chytraeus.

R. 1626.

60







Ad exequias funebres  
Honestissima & pudicissima virginis,  
**MARGARITÆ**  
**CHYTRÆÆ,**

quas

Vir prudentissimus & doctissimus,  
**DN. VALENTINUS STRELENIUS,**  
Judicij provinc: Protonotarius ac Sena-  
tor hujus reipubl. dignissimus, privignæ suæ  
carissimæ, paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Academicos ad horam I.  
in templo Mariano, officiosè & amanter  
invitat,

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOANNES BACMEISTERUS,**  
Phil. & Med. Doct.



ROSTOCHI  
Typis PEDANIANIS,

ANNO d[omi]ni MDCXXVI.

60.

АБИЯДЯДА

В АКИРФОНО

АГІЯДЯДАМ

ЖАЯТУН

зупр.

ДН ВАЛЕНТИНІС СТРЕЛЕНІС

Днівій бояніс: Потополеніс зе Севу-

жаніс: Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс:

Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс:

Оніс: Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс:

Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс: Кінчаніс:

Кінчаніс:

РЕДТОР

РОСТОЧІЛІС

ДОНИС РАСМЕІСТЕРНІС

Днівій бояніс



РОСТОЧІЛІ

Днівій бояніс

Днівій бояніс





RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,

JOANNES  
BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. D.

**P**legantem Attico suo quæstionē proponit gloria Romani Tullius eloquij, dum scribit: Quid sumus nos homines? aut quam diu hæc curaturi sumus? Brevis hæc quidem est, verba si spectemus, sed gravida sententijs, & digna de qua in cætu Christiano agatur saepius. Aristoteles autem referente Stobæo, ad propositam illam quæstio-

stionem nervosè respondit, quod nimisrum  
homo sit propemodum nihil aliud, quam  
imbecillitatis exemplum, temporis spo-  
lium, fortunæ ludibrium, jacturæ imago,  
invidiæ & calamitatis trutina, reliquum  
verò pituita & bilis. Regius psaltes, bre-  
vius quidem, sed nō minus verè dicit, quod  
homo veluti flos agri, florescat & deflore-  
scat. Unde & sacræ litteræ, vitam huma-  
nam passim flori, herbæ, vaporī &c. com-  
parant, quippe cum nullus flos adeò sit  
labilis, nulla herba usque adeò fragilis,  
nullus vapor adeò labilis; ut non æquè  
labilis, fragilis, flabilis sit vita huma-  
na. Id quam verum sit, hodiernus dies  
exemplū nobis proponitur, in elegantissi-  
ma virginē MARGARITA, ex celeber-  
rimā & præcipua hujus urbis familijs ori-  
unda. Patrem n. habuit ULRICUM CHY-  
T RAEUM, præstantissimi illius & magni  
Theologi ac historici, luminis quondam &  
professoris hujus Academiæ clarissimi,  
DAVIDIS CHYTRAEI, cuius fama  
patrijs finibus cōcludi nesciens, suos cum  
orbis.

orbis limitibus, limites terminavit, filium,  
virum doctissimum & integerrimum: ma-  
trem verò ELISABETHAM HERMANS  
fœminam omni virtutum genere, quæ se-  
xum illum ornant, maximè conspicuam.  
Avum itaq; piè defuncta habuit paternum  
magnum illum D A V I D E M C H Y-  
T R A E U M , de quo paulò antè dictum,  
Theologum incomparabilem, de hac A-  
cademia præclarissimè meritum: mater-  
num verò, JOHANNEM HERMAN,  
civem hujus urbis primarium. Aviam u-  
tramq; habuit, matronas pietate omnium-  
que virtutum dotibus egregiè decoratas,  
paternam quidem M A R G A R I T A M  
P E G E L I A M , Dn. M. C O N R A D I  
P E G E L I I , qui per integras sexaginta  
annos, rarissimo exemplo, in hac Aca-  
demia publicè docuit, & Professoris mu-  
nere cum laude functus & perfunctus est,  
filiam: maternam verò VVIPKE G R E-  
T E M A N S ex celebri itidem & pervetu-  
sta GRETEMANNIORUM, in hac urbe familia  
ortam. Ex his tam præclaris parentibus

A 3

& ma-

& majoribus originem traxit piè defuncta  
Anno 1610. die purificationis Mariæ, sed in  
prima statim infantia, cum vix annum cō-  
plevisset, optimo & carissimo suo parente  
orbata est, 12. Maij Anno 1611; matrem ve-  
rò, quæ defuncto priori marito, ex singu-  
lari Dei providentia, viro prudentissimo &  
doctissimo Dn. VALENTINO STRE-  
LENIO, judicij provincialis Protonota-  
rio ac Senatori hujus Reipubl. dignissimo,  
Anno 1613. matrimonio juncta est, 3. No-  
vemb. Anno 1620. inter 10. & 11. vesperti-  
nam puerperij doloribus extinctam, in  
cœlestem patriam præmisit. Reliquit illa  
ex priori matrimonio unicum filium & tres  
filias, quarum una ELISABETHA, Dn.  
HENRICO RUNGIO, civi primario nu-  
pta, adhuc per Dei gratiam superest. Ab hoc  
verò vitrico duo, qui eam non secus ac ex  
se natam amavit, & matre p. m. piè, honestè  
& liberaliter educata, & ad omnes virginā-  
les virtutes est assuefacta. Longiore certè  
vita fuisse digna, sed cum Deo opt. max.  
ita visum, ut eam ex tempestuoso hoc mun-  
di pe-

di pelago, in tranquillum felicitatis æternæ  
portum transferret, in divina ipsius volun-  
tate patienter acquiescendum. Discessit  
itaq; à nobis, febri continua exhausta 13. hu-  
jus mensis, memorata virgo, & in cœlestem  
transiit patriam, ubi non erit hostis impu-  
gnans, nec ulla illecebra, sed summa & cer-  
ta securitas, secura tranquillitas, & tran-  
quilla jucunditas, jucunda felicitas, felix  
æternitas, æterna beatitudo, & beata trini-  
tatis, & trinitatis unitas. Felix igitur piè  
defuncta nostra, quæ de pelago ad littus,  
de exilio ad patriam, de carcere ad pala-  
tium pervenit, optata jam quiete beata,  
bravium illud perpetuæ gloria, quod per  
multas tribulationes quæsivit, jam felici  
jucunditate adepta lætatur in perpetuum.  
Nostrum erit ut piè defunctæ, lætam, in  
extremo illo die, resurrectionem cum o-  
mnibus Christi fidelibus, ex animo prece-  
mur; & cum corporis exuvia, hodiè hora  
prima, terræ omnium matri sint redden-  
dæ, condolentiam nostram, tam erga de-  
functæ, quam, præclarissimas familias op-  
timò

time de hac Academia, Ecclesia & republ.  
meritas, contestemur. Fieri autem id hoc  
tempore non potest commodius, quam ut  
honorifica nostra præsentia, sunus ad dor-  
mitorium suum comitemur. Id ut o-  
mnes & singuli, jurisdictionem nostram  
agnoscentes, haud gravatim præstare, &  
dicta hora I. in templo Mariano, frequen-  
tes convenire, ac Deo opt. max. Eccle-  
siam, Academiam, & rempubl. hanc civi-  
lem, tristissimis & calamitosissimis hisce  
temporibus pijs precibus commendare,  
non dedignentur, majorem in modum  
eos rogamus & hortamur. P. P. sub sigillo  
Academie 16. Maij Anno cl CXXVI.






GK





orbis limitibus, limites termini  
virum doctissimum & integer  
trem verò ELISABETHAM  
fœminam omni virtutum gen-  
xum illum ornant, maximè  
Avum itaq; piè defuncta habu-  
magnum illum D A V I D E  
T R A E U M , de quo paulo a  
Theologum incomparabilem  
cademia präclarissimè merit-  
num vero, JOHANNEM  
civem hujus urbis primariun-  
tramq; habuit, matronas piet-  
que virtutum dotibus egregia-  
paternam quidem M A R G  
P E G E L I A M , Dn. M. C  
P E G E L I I , qui per integ-  
annos, rarissimo exemplo  
demia publicè docuit, & Pri-  
nere cum laude functus & p-  
filiam: maternam vero VVI  
T E M A N S ex celebri itider-  
sta GRETEMANNIORUM, in hac  
ortam. Ex his tam präclar-

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.